

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



CD 1 *The Age of Cathedrals*

THEATRE OF VOICES / Paul Hillier director

1. Resonemus hoc natali

Resonemus hoc natali
cantu quodam speciali,
Deus ortu temporali
de secreto virginali
processit hodie,
cessant argumenta perfidie.

Magnum quidem sacramentum,
mundi factor fit sic mentum,
sumens carnis indumentum,
ut conferat adiumentum,
humano generi,
cetus inde mirantur superi.

Post memorem redit risus,
aperitur paradisi,
et in terris Deus visus,
lapis manus ne precisus,
quem vidit Daniel,
quem venturum predixit Gabriel.

Hic est noster angularis,
spes iustorum salutaris,
hic est noster salutaris,
potens celi, terre, maris,
facture condolens,
quam premebat tyrannus insolens.

2. Natus est rex

Natus est rex
de virgine Maria
mundi salus
eterne vita via
quem peperit
intacta mater pia.

O quanta gaudia
dant in ecclesia
hec natalitia
Christi presentia
et eius gratia
et gratia.

Dat gaudia
celestia.
Sunt per via
in patria.
Patet via.
Perfidia,
superbia,
potentia,
hostis frangitur.

Introitus
est redditus.
Rex genitus
humanitus
dat additus,
et perditus,
expositus,
ad genitus,
homo solvitur.

Novum regem
laudet orbis terrarum
cum novarum
laude melodiarum.
Qui nos trahit
de lacu tenebrarum
et cunctarum
mole miseriarum.

Adam, quem fregerat
hostis deceperat,
regnum perdiderat,
quod Deus dederat
et eius gratia
et gratia.

Dat gaudia ...

Iam sunt dicta
completa prophetarum,
namque nobis
propago divinarum
deum natum
testatur scripturarum,
quod cum caede
salus est animarum.

Virgo virginibus
dignior omnibus,
subvenientibus
salva nos precibus.
Laus et gratia
et gratia.

Dat gaudia ...

Primus Adam
in morte nos prostravit.
Secundus hic
ad vitam reparavit.
Carnem sumptam
miro modo beavit,
quam ad dextram
summi patris locavit.

Quod reddit aditum
per gustum perditum,
non fuit debitum
vel nostrum meritum,
sed sola gratia
et gratia.

Dat gaudia ...

3. In hoc anni circulo

In hoc anni circulo
vita datur seculo
nato nobis parvulo
de virgine Maria.

Mei amic e mei fiel,
laisat estar lo gazel,
aprendet u so noel
de virgine Maria.

Fons de suo rivulo
nascitur pro populo
necto mortis vinculo
de virgine Maria.

Lais lo-m dire chi non sab
qu'eu lo-l dirai ses nul gab:
mout nen issit a bo chab
de virgine Maria.

Quod vetustas suVocat
hoc ad vitam revocat,
nam se Deus collocat
de virgine Maria.

So sabjat, re qu'es be ver,
no chal c'om s'en desesper:
Deus i ven per nos, maner
in te, virgo Maria.

Sine viri copula
floreem dedit virgula
qui manet in secula
de virgine Maria.

“Non perdrai virginitat
tostemps aurai chastitat
si cum est profetizat
pois er virgo Maria.”
Summi patri filio
datur in presepio,
sed volentes mansio
e virgine Maria.

“Eu soi l'angels Gabriels
apor vos salut, fiels;
Deus descen de sus deu cel
in te, virgo Maria.”

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



Animal impositum
veneratur agnitum
huc infantem genitum
e virgine Maria.

Cum la reïna l'enten
si-l respon tan piamen:
"Aco sia au so talent
e virgine Maria."

O beata femina
cuius ventris sarcina
mundi luit crimina
e virgine Maria.

Cum la reïna l'auvit
si l'amet e siu jauvit.
"Aco sia au so chausit
in te, virgo Maria."

Illi laus et gloria
honor, virtus, gratia,
decus et victoria
e virgine Maria.

"Tu es mesatjes al rei,
si cum tu o dit, o creï:
a lui me do e m'autrei,
ego, virgo Maria.

Ancela soi Damrideu
si cum tu o dit, o cre eu;
maire serai Damrideu
e pois, virgo Maria."

L'angels es deu cel vengut
e la dompna l'a creüt,
per tal n'esmes ereubut
de virgine Maria.

Eu vos ai dit mon talan,
e vos, dijat en avan
chasques vers nous ab nos Jan
de virgine Maria.

4. Congaudeant catholici

Congaudeant catholici,
letentur cives celici

Refrain: die ista.

Clerus pulcris carminibus
studeat atque cantibus.

Hec est dies laudabilis,
divina luce nobilis.

Vincens herodis gladium,
accepit vite bravium.

Qua Iacobus palatia,
ascendit ad celestia.

Ergo carenti termino
benedicamus Domino.

Magno Patri familias
solvamus laudis gratias.

5. De monte

De monte lapis scinditur,
nec tamen interponitur,
manus adiutorium.
De terra fons exoritur.
De nata Pater nascitur
et creator omnium.
O palliatus tegmine
hominis in numine
Deus sine semine
natus est de virgine.

6. Ve mundo

Ve mundo a scandalis,
ve vobis ut acephalis,
quorum libertas territur!
Rome dormitat oculus,
cum sacerdos ut populus
iugo servili premitur.
Ve quorum votis alitur
et pinquescit exactio,
a quibus nulli parcitur,
ut suo parcat proprio!
Set in eos revertitur
sua tandem proditio
et fraus in se colliditur
iusto dei iudicio.
Ha quo se vertit vinea?
Qua recondet in fovea
fructus suos calonus,
cum parimente sitiant
ut labores diripiant
hinc pater, hinc patronus?

7. Benedicamus Domino—Humane prolis

Benedicamus Domino,
humane prolis consio
summo letemur gaudio,
unico mistico misterio,
nato Dei iam Filio,
merito et debito,
homo Dei plaudito,
plaudens illi dicit:

Trino Domino
sit honor sine termino,
laus et iubilatio,
potestas cum imperio,
summa benedictio
Patri sit cum Filio,
summa benedictio
Patri sit et Filio
que amborum tercio.

8. In natale

In natale Salvatoris
angelorum nostra choris
succinat conditio;
armonia diversorum
sed in unum redactorum
dulcis est connexio.

Felix dies hodiernus,
in quo Patri coeternus
nascitur ex virgine;
felix dies et iocundus!
Illustrari gaudet mundus
veri solis lumine.

Ne periret homo reus
redemptorem misit Deus,
Pater unigenitum;
visitavit quos amavit
nosque vite revocavit
gratia non meritum.

Infinitus et immensus,
quem non capit ullus sensus
nec locurum spacia;
ex eterno temporalis,
ex immenso fit localis
ut restauret omnia.

Non peccatum, sed peccati
formam sumens, vetustati
nostre se contemperat;
immortalis se mortali,
spiritualis corporali
ut natura conferat.

Sic concurrant in persone
singularis unione
verbum, caro, spiritus:
ut natura non mutetur
nec persona geminetur,
sed sit una penitus.

Tante rei sacramentum
latet hostem fraudulentum,
fallitur malicia;
cecus hostis non presagit
quod sub nube carnis agit
Dei sapientia.

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



Huius nodum sacramenti
non subtilis argumenti
solvit inquisitio;
modum nosse non est meum,
scio tamen posse Deum
quod non capit ratio.

Quam subtile Dei consilium,
quam sublime rei misterium!

Virga florem
vellus rorem,
virgo profert filium.

Nec pudorem lesit conceptio,
nec virorem floris emissio:
concupiens
et pariens
comparatur lilio.

O Maria, stella maris,
spes post Deum singularis
nafragantis seculi,
vide quam nos fraudulenter,
quam nos vexant violenter
tot et tales emuli.

Per te virtus nobis detur,
per te, mater, exturbetur
demonum superbia;
tue Proli nos commenda
ne nos brevis et tremenda
feriat sententia.

Ihesu noster salutaris,
qui prudenter operaris
salutis misterium,
his qui colunt hunc natalem
da salutem temporalem,
da perhenne gaudium.

9. Liliū floruit

Lilium floruit
arvis vernantibus
que fons de Libano
lymphis rigantibus
fovet et relevat
zephyris flautibus.

Eia, eia,
eia grex in pascuis
alludat uberimis
et sequantur agmina
agnum inter lilia
qui factus est opilio
assumpto carnis pallio
et per crucis misterium
elisit fauces demonum
ferens reis remedium.

Revisit thalamum
sponsi presentia
qui super cherubim
mira potentia
volavit praevidens
cuncta latentia.

Eia, eia ...

Electri species
tandem emicuit
et mare vitreum
de Sion exiit
anguis teterrimus
nunc iam interiit.

Eia, eia ...

10. Propter veritatem

Propter veritatem et mansuetudinem et
iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua.

Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia
concupivit rex speciem tuam.

Propter veritatem ...

11. Orienti oriens

Orienti oriens
stella nova claruit
ex Iacob egrediens
lucifer emicuit
Balaam presagiens
ut olim edocuit.

Auctor seculi nascitur
seculorum vespere
ac magis agnoscitur
artifex in opere,
adorandus creditur
unus trium munere.

In thure divinitas,
in auro dominium,
in mira humilitas,
et mortis supplicium,
et hec tria caritas
offerat fidelium.

12. Virgo flagellatur

Virgo flagellatur
crucianda fame religatur
carcere clausa manet
lux celica fusa refulget.
Flagrat odor dulces
cantant celi agmina laudes.

Sponsus amat sponsam
salvator visitat illam.

Flagrat odor ...

Gloria Patri et Filio
et Spiritui Sancto.

Virgo flagellatur ...

13. Mors

Mors.

14. Templum cordis

Templum cordis adornemus,
novo corde renovemus
novum senis gaudium;
quod, dum ulnis amplexatur,
sic longevi recreatur
longum desiderium.

Stans in signum populorum,
templum luce, laude chorum,
corda replens gloria,
templo puer presentatus,
post, in cruce, vir oblatum
pro peccatis hostia.

Hinc Salvator, hinc Maria,
puer pius, mater pia
moveant tripudium;
sed cum votis perferatur
opus lucis quod signatur
luce luminarium.

Verbum Patris lux est vera,
virginalis caro cera,
Christus splendens cereus;
cor illustrat ad sophiam,
qua virtutis rapit viam
viciis erroneus.

Christum tenens per amorem
bene iuxta festi morem
gestat lumen cereum;
sicut senex Verbum Patris
votis strinxit pignus matris
brachis corporeum.

Gaude, mater Genitoris,
simplex intus, munda foris,
carens ruga, macula:
a dilecto preelecta,
ab electo predilecta
Deo muliercula.

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



Omnis decor tenebrescit,
deformatur, inhorrescit
tuum intuentibus;
omnis sapor amarescit,
reprobatur et sordescit
tuum pregustantibus.

Omnis odor redolere
non videtur, sed olere
tuum odorantibus;
omnis amor aut deponi
prosus solet, aut postponi
tuum nutrientibus.

Decens maris luminare,
decus matrum singulare,
vera parens veritatis,
vie, vite, pietatis,
medicina seculi;
vena vivi fontis vite
sitienda cunctis rite,
sano dulcis et languenti,
salutaris fatiscenti
confortantis poculi.

Fons signate
sanctitate,
rivos funde,
nos infunde,
fons hortorum
internorum,
riga mentes
arescentes
unda tui rivuli.

Fons redundans,
sis inundans,
cordis prava
queque lava,
fons illimis,
munde nimis,
ab immundo
munda mundo
cor mundani populi.

15. **Benedicamus Domino**

Benedicamus Domino,
Deo gratias.

16. **Beata viscera**

Beata viscera
Marie virginis,
cuius ad ubera
rex magni nominis;
veste sub altera
vim celans numinis,
dictavit federa
Dei et hominis.

Refrain:
O mira novitas
et novum gaudium,
matris integrita
post puerperium.

Populus gentium
sedens in tenebris
surgit ad gaudium
partus tam celebris:
Iudea tedium
fovet in latebris,
cor gerens conscium
delicti funebris.

Fermenti pessimi
qui fecem hauserant,
ad panis azimi
promissa properant:
sunt Deo proximi
qui longe steterant,
et hi novissimi
qui primi fuerant.

Partum quem destruis,
Iudea misera!
de quo nos arguis,
quem docet littera;
si nova respuis,
crede vel vetera,
in hoc quem astruis
Christum considera.

Te semper implicas
errore patrio;
dum viam indicas
errans in invio:
in his que predicas,
sternis in medio
bases propheticas
sub evangelio.

Legis mosayce
clausa misteria;
nux virge mystice
nature nescia;
aqua de silice,
columna previa,
prolis dominice
signa sunt propera.

Solem, quem libere,
dum purus oritur
in aura cernere
visus non patitur,
cernat a latere
dum repercutitur,
alvus puerpere,
qua totus clauditur.

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



CD 2 *Hoquetus*

THEATRE OF VOICES / Paul Hillier director

5

IAM NUBES DISSOLVITUR

Iam nubes dissolvitur,
iam patet gallaxia;
iam flos exspina rumpitur,
iam oritur Maria.
Iam verum humen cernitur,
iam demonstratur via;
iam pro nobis pia
exoret Maria,
ut fruamur gloria.

Iam novum sydus oritur,
iam patet gallaxia,
iam ex Iudea nascitur,
iam oritur Maria.
Iam nobis celum panditur,
iam det nobis gaudia
in celi curia
Christus, cuius filia
et mater es, Maria.

6

ENTRE ADAN ET HANIKEL/CHIÈS BIEN SÉANS

Entre Adan et Hanikel,
Hancart et Gautelot
a grant esbanoi, qui ot
lor revel.
Quant il hoquetent,
plus tost clapetent
que frestel
li damoiseil,
mais qu'il aient avant baisié
Saint Tortuel.
Et si chantent tout sans livre
viés et nouvel;
Gautelos fait livre
si proprement et si bel,
qu'il samble a son musel,
qu'il doie
traire a sa fin.

Et quant il font le moulin
ensamble tout quatre
et au plastre batre
en hoquetant
sont sit deduisant,
si gay, si joiant
et si rirant
cil quatre enfant
que nule genttant.

Chief bien seantz,
ondes et fremians,
plains frons reluisans et parans,
regars atraihans,
vairs, humilians,

catillans et frians,
nés par mesure au viaire afferans,
bouchete rians,
vermellete a dens blans,
gorge bien naissans,
col reploians,
piz durs et poignans,
boutine soulevant,
maniere avenans
et plus li remanans,
ont fait tant d'enchant,
que pris est Adans.

7 & 8

TWO HOCKET MOTETS

Je n'amerai
autre que cele, que j'ai
de fin cuer amee.
Je li ai m'amour dounee
ne ja ne m'en quier partir
de li pour noif ne pour gelee.
Dieus, que li dirai,
la bele qui a mon cuer et m'amour?

Pour li sui en grant douleur
n'i ai repos ne nuit ne jour,
quant je remir sa bouchete,
sa tres frechete coulour.
Ses atours n'est pas vilains,
mes plains est de douçour,
de coutoisie et d'ounour.
Hé, douce amie!
Trop main dure vie
en plour
tous jours
pour vous sui:
Alegiés moi mes grans douleurs!

10

CORPS QUI/DE SOUSPIRANT CUER

Tous corps qui de bien amer
Wet avoir la cure
Doit par raison encliner
Et c'est sa droiture,
La ou son cuer esmonvoir
Se wet quant a bien avoir.
Pour ce li miens cure
Qui de Nature est formes,
Et obeissances asses
Wet faire a Nature
Et a celle qui m'a point
De male pointure,
Puis que n'a de pite point
Dou mal j'endure,
Qui me fait en desirant
Languir,
Quant voy remirant
La douce faiture
De son tres gracieus vis,
Par qui mes cuer est ravis

Et mis en arduere.
Et comment qu'Amours m'ait fait
Souffrir la morsure
De ses gries maus sans meffait
Et sans mespresure
Ne lairay ja que secours
Ne quiere de mes dolours
A ma dame pure,
Car bien puis avoir merci
Selonc ce que j'ay servi;
A ce m'asseur.
Et a ce qu'on dit, pour voir,
Mieus vient en joie manoir
Par proier qu'a des languir
Par trop taire et puis morir.

De souspirant cuer dolent
Me pleing, et bien le doy faire,
Car, quant j'ay pris hardement
De ma grant douleur retraire,
Lors m'estuet il tout coy taire.
Si sui pris en regardant,
Et pour ce que
Je doubt tant Refus,
qui ne me doit plaire,
Et Dangier, mon adversaire,
Qui me livre estour si grant,
Que d'Amours m'estuet retraire,
Ou merci procheinement
De ma dame debonnaire.
Ou morir en languissant.

11

MUSICALIS SCIENCIA/SCIENCE LAUDABILI

Triplum. Musicalis sciencia
qua regitur melodia
universis rectoribus
arte suaque practicis,
specialiter dilectis,
subscriptis suis subiectis
de Douacho dicto Thoma
cuius fama fuit Roma,
Johanni de Muris quoque,
de Viteri Phillippoque;
Normanno Dyonisio
de Burces et Egidio;
Gaudefrido de Baralis,
Valquero de Valencienis,
de Palacio Roberto
atque Louchart Ingelberto;
dicto de Soissons Garino,
Egidio de Morino,
Reginaldo de Tyremont,
G. d'Orbendas et Jo. duPont;
Guisardo de Cameraco,
et de Bailleul Reginaldo,
atque de Machau Guillermo;
Petro Blavot et Matheo
de Luceu, d'Arras Jacobo
salutem et observare
sua precepta mandare

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



vestrum cuilibet cupio,
ne sit erroris motio
in dominam rethoricam,
neque contra grammaticam;
lingua secans incomplexa
sit in silentio nexa;
cuncta vicia cavete;
in melodia valete.

Duplum. Sciencie laudabili,
musice venerabili,
rethorica sciencia
cum omni reverencia
salutem, O dulcissima
subiectisque gratisima,
tali conquerrens nuncio
quod maxima corruptio
fit a multis canentibus
in nostris dictaminibus:
nam dividunt simplicia,
faciendo suspiria.
Quare pietate rogitō
remedium his audito.

13**AVE REX GENTIS**

Ave rex gentis Anglorum
miles regis Angelorum
O Edmunde flos martyrum
velut rosa ve lilium
Funde preces ad Dominum
pro salute fidelium.

14**DEUS TUORUM MILITUM/DE FLORE
MARTIRUM/AVE REX GENTIS**

Deus tuorum militum
prefulget flos Edmundo
quacumque peditum
mundi sinus rotundum
Laudes extollens martyris
chorus hic letabundus
salvatur nexu sceleris
ut Deo fiat mundus
care Christi veniam
conservulis precaminum
confer et gloriam.

De flore martyrum
modum milicie
quam pleno vulnerum
canamus hodie voce dinis
corone triplicis
qui privilegium
fert palmam martyris
fert manus regium
decusque virginis
vestis virginea
cruore tingitur
potestas regia
lupo committitur

miro regimine
Edmundus virginem
simul amplectitur
regemet martyrem
sic trinus dicitur
in trino nomine
hic suis famulis
succurrat gratia
et nos a maculis
mundet mundicia.

Ave rex gentis Anglorum
miles regis Angelorum.

15**AVE MILES CELESTIS/AVE REX PATRONE/****AVE REX**

Ave miles celestis curie
quem decorat honor victorie
vivis Deo fruens requie
more celicolarum
Jam letaris
cum civibus superis
Plebem tuam nec tamen
deseris quam devota tibi cognoveris
Facta fidem firmant relatu
ceci vident resurgunt mortui
Tanti regis fulti suffragi
Benedicamus devote Domino.

Ave rex patrone patrie
matutina lux Saxonie
lucens nobis in meridie
sidus Angligenarum
Martyr Edmunde floris pre ceteris
Claudis gressum prece restituis
lepras sanas captivos eruis
Hostes arces iusto iudicio
servis parcis corde propitio
Fac nobis martyr in vite termino
dignas laudes refere Domino.

16**BEATA VISCERA**

Beata viscera
Marie virginis
que fructu gravida
eterni germinis
in vite poculo
propinat seculo
pro bono hominis
donum dulce dinis.

17**THOMAS GEMMA CANTUARIE/
THOMAS CESUS IN DOVERIA**

Thomas gemma Cantuarie primula
fide pro tuenda cesus in ecclesia,
a divina repentina mira caritate fulgens,
matutina vespertina lucis increate
gratia

late tibi nova reparate
sublimaris curia regis
pro fidelitate tua;
a ruina leti bina
per te liberate
sunt a fece et ab amaro
malo, frivolo
a sentina serpentina gentes expiate et aviciis
singularis nuncuparis
gratia dictatus super
hinc perfectos et electos
tu es sublimatus,
rivulo madido pie sanans egros,
preciosis generosis gemmis tumulatus aureis
modulo, tumulo,
cum decore vel honore
pie laureatus in celis
inter cives celicos digne
veneratus Thoma
nunc pro populo, stimulo
tempestatis caritate fervida rogatus.

Duplum. Thomas cesus in Doveria emulo
lesus a divina repentina
mira caritate fulgens
matutina vespertina lucis increate gratia,
rivulo, patulo
sublimaris curia manens
in eternitate patris;
a ruina repentina
per te liberate sunt sane
tu doctrina medicina serva sanitate
tremulo, sub dolo,
purga a sentina serpentina gentes
expiate dirige;
singularis nuncuparis
gratia ditatus super
Remo atque Romulo tremulo
tu per sanctos
et electos pie sublimatus
merito peris in ecclesia decora tumulatus
stimulo,
primulo de sancto,
in honore et decore
pie laureatus
gaudiis inter cives celicos summe veneratus
querulo celo sine fine manens tam beatus.

18**DOLEO SUPER TE/ABSOLON, FILI MI**

Doleo super te,
frater mi Ionatha.
amabilis valde super amorem mulierum.
Sicut mater unicum amat filium.
ita te diligebam.
Sagitta Ionathe nunquam abiit retrorsum.
nec declinavit eius clipeus a bello,
et hasta sua non est aversa.
Plangit Davit Ionathan carissimum.

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music



Duplum. Absolon, fili mi,
fili mi, Absolon,
quis mihi det ut ego moriar pro te.
fili mi, Absolon?
Plangit Davit Absolon pulcherimum.

19**EPIPHANIAM DOMINO/BALAAAM INQUIT**

Epiphaniam domino canamus gloriosam,
qua prolem Dei vere magi adorant.
Immensam Chaldaei cuius Persaeque
venerantur potentiam,
Quem cuncti prophetae venturum
cecinerunt gentes ad salvandas.

Cuius maiestas ita est inclinata,
ut assumeret servi formam
Ante saecula qui Deus et tempora,
homo factus est in Maria.

Tenor I. Balaam inquit vaticinans:
Iam de Iacob nova micans,
orbi lumen inchoans,
rutilans, exhibit stella.

Huic ut placuit tres magi mistica
virtute triplici portabant munera,
Ipsum mirifice regem dicentia
Deum et hominem mira potentia.

Tenor II. Balaam inquit vaticinans:
Iam de Iacob nova micans,
orbi lumen inchoans,
rutilans, exhibit stella.

Huic ut placuit tres magi mistica
virtute triplici portabant munera,
Ipsum mirifice regem dicentia
Deum et hominem mira potentia.

Semichorus. Balaam de quo vaticinans,
exhibet ex Iacob rutilans,
inquit, stella.
Et confringet ducum agmina
regionis Moab maxima potentia.

Huic magi munera deferunt praeclara:
aurum simul thus et myrram.

Thure Deum praedicant
auro regem magnum,
hominem mortalem myrra.

In somnis hos monet angelus,
ne redeant ad regem commotum propter regna.
Pavebat etenim nimium regem natum,
verens amittere regni iura.

Magi stella sibi micante prae via,
pergunt alacres itinera,
patriam quae eos ducebat ad propriam,
linquentes Herodis mandata.

Qui percussus corda nimium prae ira,
ex templo mandat eludia magica
non linqui taliter impunita,
sed mox privari eos vita.

Omnis nunc caterva tinnulum iungat
laudibus organi neuma.
Mistice offerens regi regum
Christo munera pretiosa.
Poscens ut per orbem
regna omnia protegat
in saecula sempiterna. Amen.

20**CAMPANIS CUM CYMBALIS/HONOREMUS DOMINAM**

Campanis cum cymbalis
omnis chorus hominum
liris et psalteriis
laudent celi dominum
organis ac singulis
modis dando iubulum
cum iocosis notulis
laudetur per seculum.

Duplum. Honoremus dominam
dignam celi curie
electam regiam
matrem regis glorie
semper iubilacio
sit matri post filium
devota oracio pro statu fragilium.

22**VENECIE MUNDI SPLENDOR/
MICHAEL QUI STENA DOMUS**

I. Venecie, mundi splendor,
Italie cum sis decor,
in te viget omnis livor
regulis mundicie.

Gaude, mater maris, salus
qua purgatur quisque malus.
Terre ponti tu es palus,
miserorum baitula.

Gaude late, virgo digna,
principatus portas signa
(tibi soli sunt condigna)
ducalis domini.
Gaude victrix exterorum
nam potestas Venetorum
nulli cedit perversorum,
domans terram maria;

[Nam] tu vincis manus fortis,
pacem reddis tuis portis,
et dirumpis fauces mortis,
tuorum fidelium.

Pro te canit voce pia
(tui statum in hac via
Et conservet et Maria)
Johannes Ciconia. Amen.

II. Michael, qui Stena domus
tu ducatus portas onus,
honor tibi, quia bonus vitam
duces celibem.

Phebo compar, princeps alme,
tibi mundus promit "salve";
spargis tuis fructum palme,
victor semper [nobilis].

Clemens, justus approbaris,
decus morum appellaris,
tu defensor estimaris
fidei catholice.

Bonis pandis munus dignum,
malis fundis pene signum
leges suas ad condignum
gladio justitie.

Sagax, prudens, mistis pater,
(lex divina, cum sis mater)
mentis virtus tibi frater,
zelator reipublice.

Sedem precor tibi dari,
Deo celi famulari,
ejus throno copulari
per eterna secula. Amen.

Tenor. Italie mundicie quisque malus
gaude mater late digna
Pro te canit voce pia
conservat hec Maria
Jo[hannes] Ciconia.

23**AMOR MI FA CANTAR**

Amor mi fa cantar a la Francescha.
Per ch  questo m'aven non olso dire,
Ch  quella donna, che me fa languire.

Temo che non verebe a la mia tresca.
A lei sum fermo celar el mio core
E consumarmi inan  per so amore.

Ch' almen moro per cosa  entilesca.
Done, di vero dir ve posso tanto,
Che questa donna per cui piango e canto,
E come rosa in spin morbida e frescha.
Amor mi fa cantar a la Francescha.

MONASTIC CHANT

12th & 13th C. European Sacred Music

**24****O ZENTIL MADONA MIA**

O zentil madona mia,
Da voi fazo partanza lacrimando,
A Dio, a Dio r'arecomando,
Benigna donna graciousae pia.

Oymè, amor, oymè zoya, oymè, oymè,
Partome con gran doia,
Piangendo sempre voi madona mia cara.

Merçe per Dio, merçe per Dio,
merçe per Dio,
Che tremo como foia,
Per voi madona che 'l mondo non ha para.

Or chiamo la mort'amara,
Poichè ò perduto el dolce conforto,
Oymè, oymè, che fosse stato morto,
Avanti che da voi fosse partita.

O zentil madona mia,
Da voi fazo partanza lacrimando,
A Dio, a Dio r'arecomando,
Benigna donna graciousae pia.

25**PER LARGHI PRATI**

Per larghi prati e per
gran boschi folti.
Leggiadre donne e va ghe donzelle,
Vestite strette choi cappelli sciolti.
Con archi, con turchassi, e con saette.
Et con le uri e riaman corre a chacciando.
Uccidendo e pilgliando
Cervi, Caprioli, Cinghiali e Lupi.
Entrando sole ne'luo ghi più chu.
Per riposarsi al l'ombra.

26**"MEDIOLANO" SANCTUS**

Sanctus.
Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt caeli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

27**CUM MARTELLI/LA MANTA**

Cum martelli incrudena lo servo ti ti farà e la
troverà, tu tu tu tu, farà,
Tu tu tu tu fatavimus se no.
In fra Gubio e Agnone nullo
host'è 'gnaro
Che per lo nostro marillo
Chi faççono bon calor.

Tenor: La manta ch'a sera, tu tu tu,
lo primo farà, la manta ch'a sera, tu tu tu tu
Lo servo, ti ti ti, farà e la troverà,
tu tu tu tu, farà
E la troverà, tu tu, farà
Lo servo ti ti farà
In fra Gubio e Agnone nullo
host'è 'gnaro
Che per lo nostro marillo
Chi faççono bon calor.

29**UT TE PER OMNES CELITUS/****INGENS ALUMNUS PADUE**

Ut te per omnes celitus
plagas sequamur maxime
cultu lavandos lumina.
Francisce nostros spiritus.
Tu qui perennis glorie sedes tuere omnipatris,
qui cuncta nutu concutit,
perversa nobis erue.
Christi letus quod sumpserat
vulnus receptum
per tuum nobis benigne porrige
ut de te canens gloriam
sic illa felix regula,
fratrum minorum nomine.
cujus fuisti conditor dures
pervivum longius.
Amen.

Ingens alumnus Padue,
quem Zabarellam nominant,
Franciscus almi supplicat
Francisci adorans numina.
Sis tutor excelsis
favens servo precanti te tuo,
quem totus orbis predicat
insignibus preconiiis.
Audi libens dignas preces doctoris immensi,
sacer Francisce quo leges bonas
Antenor's stirps accipit
Silvas per altas alitus
in mole causus corporis
ducens viam celestium
rector veni fidelium. Amen